



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

74. An in dubio, si abstinentia carnium illaruta sit notabile nocumentum  
ægroto, necessaria sit dispensatio? Et docetur Prælatos, & Superiores,  
quando subditi proponunt causam dubiam ad obtinendam ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](#)

aliquis non firmat in eis carnis, comedere tocinum, aut alias carnes nocivas: quia alias eis istorum erat vetitus in Quadragesima. Et per Medicum non dispensatur in ipsis cibis nocivis.] Ita ille: & citat pro hac sententia Emmanuelem Rodriguez.

2. Sed contrariam opinionem sustinendam esse puto, quans nouissime docet Villalobos in sum. tom. t. tract. 3. dub. 8. num. 11. vbi sic ait: [El que tiene licencia para comer carne, puede comer conejo, liebre, o focino, y si esto le hiziere daño, sera pecado de gula, mas, o menos, conforme al daño que le hiziere: mas no es contra el precepto del ayuno, mayormente que el tocino, aunque es rezio de digerir, es de buen mantenimiento, como dicen los Medicos.] Ita que habent licentiam ad eum carnium, licebit quodcumque genu comedere: scilicet, lardum, leponem, hædum, bouem, & alia infinita disconuentia, etiam si tota refectio ex illo carnis genere fiat: nam in tali casu edendo carnes saluti nocivas peccabit aduersus præceptum naturale temperantie; non autem aduersus præceptum positum de abstinentia a carnibus in die ieuniorum. Norandum vero, quod si supradicta sumerentur in pars quantitate ad excitandum appetitum, tunc non frangeretur, neque etiam præceptum positum abstinentiae, neque etiam præceptum naturale temperantie seruandæ. Et ita intelligendus est Henriquez lib. 7. cap. 30. n. 3.

## RESOL. LXXII.

An dispensatur, ut possit edere carnes, & lacticinia, possit simul edere pisces? Ex p. 1. tr. 9. Ref. 26.

Super hoc §. 1. Negatiuam sententiam idocet doctus senex quamvis cu[m] excommunicacione postea sequutus est Graffius part. 1. lib. 2. cap. 37. num. 59. Et ratio est: quia pisces eis ei nocet, vel non nocet: si nocet, ergo comedendo illos peccat, si non nocet, ergo sine iusta causa cum ipso dispensatur.

2. Sed contrariam sententiam docent communiter D.D. vt Reginaldus tom. 1. lib. 4. cap. 14. numero 168. Filiuciū tom. 2. tract. 27. part. 1. cap. 3. num. 52. Nugnus in addit. ad 1. part. tom. 2. tract. de Bull. 3. 8. dub. 4. Sebastianus Acofta in explicit. Bul. q[ua]esit. 8.0. Fernandez in exam. Theol. mor. p. 3. cap. 9. §. 5. n. 3. Azorius par. 1. lib. 7. cap. 10. q. 5. Ortiz in sum. cap. 19. num. 18. & 19. Fagundez Precept. 4. lib. 1. cap. 2. num. 18. & Villalobos in sum. tom. 1. tract. 24. dub. 8. num. 10. qui respondet ad argumentum Nauarri. Et ratio est: quia hoc sine peccato fieri aliquando potest, vt si vna cum carnibus non nocent pisces, vel quia parum de ipsis comedendo facultas appetitura excitatur; vel, dato, quod contra temperantiam peccetur; non tamen ieunium strangitur, a quo ex iusta causa largita fuit. Circa praesentem quaestionein vide Vegan in sum. tom. 1. c. 4. cap. 7.

## RESOL. LXXIII.

An quando causa fuerit dubia circa confectionem carnium in ieunio, opus sit dispensatione. Si ageretur de nocturno notabilis? Ex p. 4. tr. 3. Ref. 56.

\* Quæ hic §. 1. Affirmatiuam sententiam videntur docere est sup. Ref. 3. & signanter sup. hoc resol. 15. quibus nunc addo Filiuciū tom. 2. tract. 27. inf. in Ref. cap. 6. n. 128. & Fernandez in exam. Theol. mor. part. 2. seq. & in cap. 8. §. 2. num. 13. assertentes in ieunio dispensatione Ref. 78. §. opus esse, quando causa fuerit dubia.

2. Verum contrariam sententiam docet Iohannes Sancius in selectis, disp. 51. num. 9. existente causa maiori necessitate non egere ieunantem dispensatione edendi carnem, omnes fatentur. Eodem ergo modo dubia causa existente, opus non erit dispensatione, cum idem a metu ius habeat aliquis ad fugiendum damnum certum. Se- venturum, atque illud de quo rationabiliter dubitatur an sic exoririendum; sicut qui probabiliter & rationabiliter dubitat, quod in extremam necessitatem eum & quoniam, si extremè indigenti subueniat, non tenebitur subuenire. Adde quod dubium in fauorem rei est in interpretandum, & in possidentis fauorem accipendum. Nec in hoc casu ins dubio vincit ius certum, nam a quācum præceptum abstinendi a carnibus sit certum, & in possessione obligandi; etiam ius ad conferendam vitam in homine certum est & antiquis, & antiquis etiam est possesso in illo ad conferendam suam vitam & ab strictiori iure orta. Quapropter in homine non solùm est ius certum ad certò conferendam vitam, sed etiam est illi ius certum ad non expendendam vitam periculo dubio eam amittendi. Et quācum dubium sit homini, ex abstinentia a carnibus sit detrimentum passus in salute, non est tamen illi dubium quod ius habeat certum non se committendi tali dubio: sit ergo quod ius certum conservanda salutis superet ius certum præcepti abstinentiae a carnibus. Et id est etiam, Doctores dicere recurredunt esse ad Superiorum ad poscendam dispensationem in ieunio, vel in eis carnium, quod id est, quando causa est dubia, non intelligendos esse id asserere quando fuerit dubium, magnum documentum exoririendum ex obseruatione ieunij, nam necesse erit non videtur dispensatio, vt probatum est, sed quando dubitaretur aliquale documentum promanandum, quod quācum actu existet, obligatio ieunij vel abstinentiae a carnibus non cessaret, cum leges polliciā aliquā obligent labore & detinimento. Hec omnia Sancius, qui, ut vistum est, interpretatur Doctores superiorū pro affirmatiuā sententia citatos; sed an probabiliter, videant alii.

## RESOL. LXXIV.

An in dubio, si abstinentia carnium illauria sit modum documentum aegroti, necessaria sit dispensatio? Et docerat Prelatos, & Superiores, quando subditus præponunt causam dubiam ad obtinendam dispensationem, non debere esse nimis scrupulosos, aut ambiguos remittentes ad conscientia subditū petentis, cum patiu ad illos spectet tunc dispensare causam dubiam, per dispensationem faciendo illam iustum. Ex p. 9. tract. 6. & Mil. 1. Ref. 26. alias 27.

§. 1. In trepidi negatiuam sententiam tenet acutissimam Caramuel in Theol. mor. lib. 3. de conscientia, cap. 1. num. 1395. & contra se sic arguit: In omnibus dubio standum est, pro possessione, quæ erat ante dispensationem. Ergo, si dispensatio sit dubia, standum pro dispensatione dubia. Atqui necessitas certa est dispensatio certa: ergo necessitas dubia est dispensatio dubia. Igmar, cum necessitas dubia est, standum pro lege, quæ erat ante illum. Atqui ante morbum erat in possessione lex Ecclesiastica carnes tempore quadragesimali interdicens: ergo standum pro lege possessione, quando morbi gravius est dubium.

2. Sed Caramuel admirat primum enymema argumenti, & ad minorē subsumptam ventiens, negat necessariam esse dispensationem, & sic discurrere. Permissum est omnibus diebus, exceptis Dominicis, ieunare & interrogare, an dies Dominica sit dispensatio summa legis.

legis: Potius negatiū respondebis: quia dispensatio ei in acta, quem tangerebat lex, & diem illam Dominicā votum non tergit; immo expreſe exceptit. Sic similiter sanxit Deus Decalogum: contra eum, nemini concessit autoritatem praecipendi; & Superioribus (Pontifici, Regi, & reliquo) induxit autoritatem praecipendi, modo nihil contra Decalogum: & subdiuit imponit necessitatem, & obligationem obediendi in omnibus veris praeceptis, quae Decalogo non essent opposita. Cum iuber Rex decipi murum, latonius debet obedireat, si transeat alius, qui occidi possit, debet cessare, & detinere lapidem, non solum qui certi illum sit occisurus; sed etiam illum, de quo dubitatur, an occisurus sit: quia, non obstante praecepto dicens de parietem, non potest dimittere lapidem, si dubitet, an aliquem occisurus sit. Nemo autem dicet, pueri incantam sub muro dirundo praeſentiam esse regiae legis dispensationem: ipſe enim non iussit decipi lapides cum periculo hominum, sed cautele, & prouide. Cum Pontifex iubet feruari abſtinentiam, non iubet, nec iubere potest, quod occidendo te, violes legem Dei, & contra quintum Decalogi praeceptum procedens: non iubet, nec iubere potest, quod periculo mortis exponas; hoc enim ipsum interdictus Deus. Si ex abſtinentia sequerit mors certa, haec certudo non docetur Ecclesiastice legis dispensatio certa: nam dispensatio certa non est necessaria praeceptiva, & hie necessaria præcipitur non abſtinentia; ergo nec mors dubia.

[His postis, meam cethesin euidenter, ut opinor, ostendo, Deus præcepit, ut te non occidas, nec exponas periculo te occidendi: atque Ecclesia non potest præcepere contra Decalogum: ergo non datur Præceptum Ecclesie, quod iubeat aliquid fieri cum certa, aut dubia vita humana: iactura: ergo non datur Præceptum Ecclesiasticum, quo obstringatur anger, ut carnibus abſtineat, cum amissione vite, certa, aut dubia: atqui vbi non datur Præceptum non requiritur dispensatio: ergo, immo, cum debeat diuina lex inhibens, peccata, si abſtineret; & peccaret, si dispensationem posuolaret. Peccaret quidem abſtinentio, eo modo, quo si fumeret venenum dubium: nam in tali casu abſtinentia esse dubium mortifera supponitur. Peccaretque, si petere dispensationem: quia illa petatio debet supponere dari Præceptum carnes interdicentes, etiam cum iactura vite dubia; quod quia efficit contra Decalogum, sine iniuria Pontificis supponi non potest.] Hucvsque Caramuel.

4. Sed, an probabiliter, iudicent alii, ut de Sancio dixi in part. 4. tract. 5. resolut. 56. Vide omnes expositiones in 2.2. D. Thorne, q. 1. 47. art. 4. vbi recte Caieta nos docet, Prelatos, ac Superiores, quando subdit proponunt causam dubiam ad obtinendam dispensationem, non debere esse nimis scrupulosos, ac ambiguos remittentes id conscientias subditi petentis; cum potius ad ipsos spectet tunc dispensare, causam dubiam per dispensationem efficiendo iustum. Vide etiam Azorium tom. 1. lib. 7. cap. 29. q. 2. qui citat Nauarrium, R. Llamas, & Angelum.

## RESOL. LXXV.

An dispensatus in eſu carnium censetur dispensatus ad non ieſuandum? Ex p. 1. tr. 9. Ref. 25.

§. 1. Hic casus in praxi ſapere potest contingere, & in hac chuirate Medicus quidam doctissimus ita cum multis in Quadragesima dispensabat. Sed ad hie questionem respondeo, primam opinionem negare. Ita Iacobus de Graffis in decis. p. 1. lib. 2. cap. 37. n. 58. cum Medina, Petraza, & aliis. Et ratio est: quia ne-

cessitas, & iusta causa, quae excusat ab integro ieſu-  
do. doc. §. vi. non excusat ab omni parte illius; præceptum enim in medio Ecclesie, licet in totum feruari non possit: in parte, aliquo diffa-  
qua feruari potest, feruandum est, ex cap. cum dilecti, miles, & pro  
de dolo, & contum. & ibi Gloss. & DD.

2. Secunda opinio affirmat: illam docet Caieta-  
nus in 2.2. q. 1. 47. art. 8. Hieronymus Llamas in summ.  
p. 1. cap. 1. §. 26. Ledesma in suu. tom. 2. tract. 17. cap. 2. verb. en el  
concl. 5. Ioan de la Cruz in director. cons. p. 1. præcept. 4. dispensado.  
art. 4. dub. 8. concl. 3. Gomez in Bulla Cruc. claus. 7. n. 4.  
McDNA in summ. tom. 1. lib. 1. cap. 14. §. 10. Henriquez  
lib. 7. cap. 13. n. 12. Fillius in tom. 2. tract. 27. p. 2. cap. 3.  
n. 25. Azorius p. 1. lib. 8. cap. 10. q. 3. Tolterus lib. 7. cap. 3.  
n. 4. & ali. Et ratio est: quia abstinentia ab eſu carnium  
est de substantia ieſu: ergo, qui dispensatus est quo-  
ad conſumptionem carnis, eo ipſo dispensatus est in ieſu-  
nio.

3. Tertia opinio distinguit: vel enim dispensatus ad eſum carnis edit carnes, quia piſces nocere saluti lo-  
lenti; vel vt vires amissas recuperet, quia est quasi  
actualiter infirmus prior modo dispensatus tenetur ad ieſuandum: aliter vero minimè, & id. plures edere  
potest, & ita docent Reginaldus tom. 1. lib. 4. c. 14. n. 168.  
Leslius lib. 4. cap. 2. dub. 6. n. 45. Bonacina de legib. disp. 10.  
q. 1. punt. 2. n. 2. Fernandez in exam. Theol. mor. p. 3. c. 9.  
§. 5. n. 3. Petrus Cenedo in qq. canon. q. 40. n. 6. & Ortiz in  
sum. c. 19. n. 20. cum aliis. Omnes istae tres opiniones  
sunt probabiles, sed secunda videtur mihi probabilior,  
& rata in praxi, vt testatur Villalobos in sum. tom. 1.  
tract. 24. dub. 8. n. 9. in fine.

## RESOL. LXXVI.

An qui habet facultatem edendi carnes, si illas non edat,  
teneatur ieſuandum. Et docetur, quod quartanari ex-  
cūſantur à ieſu: Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 189.

§. 1. Postea hiccasus frequenter accidere, & ad il-  
lum sic responderet Sanchez in opusc. tom. 2. lib. 5.  
cap. 1. dub. 30. n. 2. ¶ 3. quod si talis habet manifestas  
vires & salutem ad ieſuandum, sed ad præſeruandum  
se ab aliqua infirmitate edit carnes, tunc si aliqua die  
ieſu: non comedat carnes, tenetur illa die ieſu-  
nare, quia hos nulla alia ratione excufamus à ieſu-  
no, nisi quia abstinentia à carnibus est conditio eſſentialis ieſu: & illa non feruata, non potest feruati ie-  
ſu: nium. Ergo si feruati illam conditionem cum po-  
ſint reliquas feruare tenentur. Verum si talis haberet  
facultatem edendi carnes ratione debilitatis & infirmit-  
atis praesentis, licet aliqua die illam non comedat, non  
tenetur ieſu: nare, licet illorum saluti conduceret illam  
non comedere eo die & ieſu: nare. Ita Sanchez ex do-  
ctis recentioribus, qui etiam dub. 14. n. 2. cum dicit  
iunioribus docuerat, quod quando infirmitas est talis,  
qua communiter solet excusare à ieſu: nio, licet valetu-  
dini illius infirmi conduceret ieſu: nare, & oppositum  
noceret, non tenetur infirmus tunc ieſu: nare ex præ-  
cepto Ecclesie, sed tenebitur ex præcepto abſtinentie,  
cuius fractio communiter est venialis, quia Eccle-  
ſia absolute voluit omnes infirmos excusare, quia ie-  
ſu: nium eis virplurimum nocet; quod autem huic non  
nocet, est per accidentem, & Ecclesia tanum reficit  
id, quod committere solet eueneri. Vnde ex his ego  
olim ante Sanchez editam non damnaui quartanari  
peccasse mortaliter, quia non ieſu: nauit aliquibus  
diebus, licet eius valetudini tunc conduceret ieſu: nare,  
quia quartanarij excusantur à ieſu: nio, vt ipse Sanchez  
loco cit. n. 3. norat. Igitur talis quartanarius tunc non  
ieſu: nauando peccauit quidem venialiter contra præ-  
ceptum abſtinentie, non autem mortaliter contra præ-  
ceptum Ecclesie.

Sep. hoc in  
Ref. seq. &  
in aliis eius  
primis not.

## X RESOL.